

LIBER EPODON.
HIPPOCRATES AULICUS.

S I V E,

De Re Theo - politica
salubres Aphorismi.

Ad CAROLUM II. Hispaniarum
Regem, Orthodoxi nominis
Atlantem.

O D E I.

O Celle regum, Caesaris Iberi nepos,
Bœtisque fidus, CAROLE;
Cui vagienti falciam Gangeticis
Pinxere baccis Gratiæ:
Mox, cum pusillo presseras Aulam gradu,
Præbente vim pueriâ,
Astræa libræ vindicem suæ pio
suspendit ensim baltheo;
Gemmâque nexit crinibus sensim dedit
Fulcire Tarpelam Fidem:
Ne quid togatis ingruat curis viti,
Rectique vis clangueat;

Ad-

Adsum Sicanis Romulâ accitus lyrâ
 Ab exedris HIPPOCRATES,
 Palam datus multiplex morbi genus,
 Quod Curiæ lœdat duces.
 Fortasse regum postibus versatilem
 Pandora fixit pyxidem.
 Prodest medelam noscere, & imminentium
 Oblitare signis febrium.
 Pallescit ostrum regiae : licet Tyros
 Infusa, vel sidon foret:
 Ni decolores proluat villos togæ
 Floris Palæstini crux.
 Palloris index, unica est cælestium
 Perculta mens obliuiss.
 Profanus hinc cerebro ineluctabilem
 Figit veternus anchoram;
 Donec dolosâ Cæsares malaciâ
 Mergant soporatum caput.
 Prodest suprema discuti somnum tubâ;
 Ustâque stellis cassidâ.
 Ne visa luces fascinet Venus, prope est
 Modestiaæ collyrium;
 Aut flore cano lilyum, sua satum,
 Suâque adultum lacrymâ,
 Si destinasset turpiter vagantibus
 David lupata palpebris,
 Sospes fuisset. Unicum hoc vicit fuga;
 Aut cauta vis contagium.
 Exulcerantur aurium laxæ fores
 Palpantium garritibus.

E P O D O N .

313

Levisse cera juverit ; qua Thessalo
Frangatur Hybla fascino ;
Aut obserasse vepribus tenerrimi
Foraminis cuniculos.
Vanescet omne saucium rubis melos ,
Mollisque suadæ sibilus.
Procella bilis , Icteros , Mavortiis
Augetur iræ fluctibus.
Ut ultiōnis turgidam cupidinem
Arcana commovit lues ,
Exasperato mergitur fellis lacu
Pacata vultus comitas.
Ægredit inde marcidus venis cruor ,
Mitesque sensus ulcerat.
Heu , quot profudit imperi Busirides
Agrestis indignatio !
Sopitur hic circumfluus Diris furor
Rubentis Agni balneo ;
Aut rore baccæ , quam columba candido
Quondam momordit osculo.
Urget tricenis languidas nodis manus
Chiragra cultrix otii ,
Quas ferendis fascibus signat rudes
Armat pharetrâ , quâ diu ,
Noctuque sistant mobilem muscis fugam ;
Vilemque palmam flagitent.
Huic est veneno pharmacum , plausus ferax
Anhela frontis lacryma.
Fregit tumorem dexteræ Quiritium
Culti triumphus vomeris ;

O

Cyro-

Cyroque segnem diluit socordiam
Vallanda pomis area.
Verum serendo triticum , quo juss erat
Cœlo elaborandam dapem ,
Morbo levamen aptius , Boëmiae
Tutela , VINCISLAUS tulit.
Quod si Gradivus oppidis impendeat ,
Regumque scindat insulam ;
Ne feriatus mordeat mucro latus ,
Ametque fœdus fibulæ ;
Molles adurat frondeo attritu manus
Avita laurus Cæsarum.
Multis abegit dexteræ ignavum nefas
Pictura Scanderbegij ,
Cujus lacerto Noricam solertior
Natura finxit cuspidem.
Angina ne quid fauibus damni ferat ,
Apiciani gurgitis
Luxu cavendum. Guttur elisit ferox
Anacreonti lesbius.
Absterget ulcus intimum recentior
Saliva jejunantium ;
Aut innocentis poculi inspersus mero
Fellis Palæstini latex.
Veto superbas integi Laconicum
Rubente strumas purpurâ.
Huic una morbo pulveris adusti rogo
Salubris est inunctio.
Quas purulento turgidus collo vomit
Sesostris audaces minas ,

EPODON.

315

Subditque reges currui , vectus suæ
Mortalitatis effedo ?
Pressit reclinem turius Crucis jugo
Rex HERACLIUS verticem.
Quos umbra juvit Golgothæ , fastus ferax
Libanitis enervat cedrus
Urit tumultu civico augustum togâ
Neglecta Pleuritis femur.
Aculeatum ne ferociat malum ,
Circumlinenda initibus
Stirpis sabeæ lacrymis præcordia ,
Vel purpurâ papaverum
Sensim perustis permeans succus fibris
Rostrum soporat milvio.
Rarò severus profuit myrrhæ frutex
Rugasve mentitum piper.
Quòd si timendis lividus calumniis
Divexet Aulam calculus ;
Emollienda viscerum repagula ,
Et quidquid injusto premit
Sub fasce renes Curiæ : malim cutem.
Rubere , quam fodi latus.
Fatalis Hydrops , Tantalo impactus furor ,
Potentiorum turgidos
Infamat artus. Lydia hanc febrem sitis ,
Aurique pallor asperat.
Gazæ rubigo solvet , & suspirium
Codro propinquantis Midæ.
Duxisse Rhenum cassidâ salubrius
Quam gemmeo Tagum scypho.

O 2

Cura

Cum purpuratis plumeo conflat toro
Podagra suris compedes ;
Languet tribunal , sauciisque legibus
Torpet Palatinus vigor.
Periculosa molliet nodos moræ
Delphinis ambusti jecur ,
Qui nuper hæsit anchoræ ; vel illitus
Jordanis humor cruribus.
Festinet Æquum Veritas : lento tamen
In flagra currendum gradu.
Cur sponte figat culcitrâ nodo graves
Inculta Majestas pedes ?
Invisat ipsa Curiam , & justo pigram
Festinet in bello tubam.
Inter Gradivi senticeta laureas
Pellæa cuspis messuit ,
Plura indicarem priscus Aulici comes ,
Et cultor Æsculapii :
Ni faulstitati Bæticæ Vates forem
Daturus hæc præfigia.
Aulæ juventam vivida afflabit salus
Sub CAROLI securibus ;
Legumque cultrix Æquitas Ibericæ
Occurret innocentiae.
Quin Vaticanas osculabitur nives
Auriga Virtutum , Fides.
Quam sic Iberus fulciet Tirynthius ,
Ut fessus Atlas gaudeat.

**ARBOR CAPILLATA
PUDICITIÆ SACRA.**

Ad coërcendum criniti hujusce
seculi luxum erecta.

AD LUCIUM BALBINUM.
O D E II.

CUR Graia tantum velleris fulvi sitis
Enavigarit Colchidem
BALBINE quæreris? splendidum Phrixipècūs
Haud se Pelasgi noverant.
Ut culta cervix divitem fudit comam;
Amisit Argo remiges.
Nec Tiphys ullus, aut Jasonis nepos
Scrutatur urnam Phasidos.
Sulcanda buxo crinum superbia
Laboriosos provocat
Ad lina luxus navitas, sed auream
Timent procellam ferreo
Secare rostro. Quin, ut astuent magis,
Crispantur igni vortices.
It usque, & usque profusus sudor genis
Flavam remensuris Thetin.
Prius repexâ candidæ frontis jubâ
Ad usque colli margines.

Sopora passis hinc , & inde crinibus
 Inducitur malacia.
Mox in recurvos asperatur anulos
 Ferri rubentis spiculo.
Crinialis inde fluctus ad r̄sum Noti
 Flagellat oris littora :
 Rosâque suetus purpurare , candidam
 Nutrire spumam respuit.
Quod si propinquam polluit crepidinem
 Senilis argenti tumor ;
 Aut pressus auro fluctuum componitur .
 Aut erubescens croci
 Rufatur ostro. Quæritur lentiscinam
 Quæ sudet ora lacrymam ;
 Aut per vepreta saltuum , & cavos specus
 Excussa pellis anguium :
 Potat capillus interim promiscuo
 Litam veneno purpuram ;
 Spirisque nactus Dædalas in tortile
 Dilabitur corallium.
Quin ille , cùm jam pulveris Midæ satur ,
 Imbri corusco Cæsarum
Inspersus olim palluit , tanquam foret
 Pollucis astrum , fulgurat.
Neç excubantem longius celat Pharon ,
 Sublimè si crinis flagret.
Hic prora fastus navigat , sed gemmeo
 Cum mordeatur arctius
Comata Doris vinculo , smaragdinas
 Sæpe in Maleas frangitur.

O, quem pericla terruere naufragi
 Pudoris, & Saturnium
 Enutrientis seculum modestiæ,
 Caput novacâ tondeat!
 Flavescat ultro pendulum Vellus sacrâ
 Divis Palæstinâ Cedro:
 Donec serenis annuant stellæ choris
 Hac velle criniri jubâ.

BETHLEEM SICULA.

Sive,

Multiplex PIETATIS MAMERTINÆ
 lusus extruendis INFANTI
 DEO PRÆSEPIBUS.

AD D. MARCELLUM CIRINUM,
 Equitem Messanensem.

ODE III.

ET hîc December aureum potat Jovem,
 Pluvijisque roratur favis,
 Nec bruma veris æmulas celat rosas,
 ZANCLÆA quas metat manus,
 CIRINE dulcis. Sicanos aut irrigat
 Æther Palæstinus lares:
 Aut rursus ad Peloridem visus plagam
 Vagire BETHLÆUS PUER.

O 4

Sic

Sic est : repensa solvitur merces pīj
 Laboris innocentiae,
 Quā quisque parvo Numinī supplex studeat
 Vovere Natalem specum :
 Tam rara sunt , quæ vidimus , ZANCLEIDOS
 Opulentiae miracula.
 Hic certat artis Dædalum decentior
 Citare fastus pollicem ,
 Spiratque luxus aura sanctimoniam ,
 Quæ figat astris infulam.
 Haud picta tantum multiplex opus parat
 Carystii guttis filex.
 Est quæ pyropis , & smaragdorum gelu
 Compacta moles ardeat.
 Hic gemina curvat pumicum testudinem ,
 Stillante baccâ lacrymis :
 Tophusque flavo purpurans corallio
 Rubente scintillat tholo.
 Fores achates asperat ; suo Ceres
 Auro pavimentum tegit ,
 Sectumque sternit Virgini puerperæ ,
 Blandoque crinem filio.
 Cui cera vivax artibus compsit nives ,
 Grati ruboris consicias ;
 Et fulgurantem Delium fixit genis ,
 Binos ocellis Castores.
 At ille brumam perpeti insuetus pedem
 Sublimè ductum contrahit.
 Jam penè plorat , gemneumque fornicem
 Afflat puer suspiriis.

Floraret Echo , ni profundus æmulos
 Fletus coërceret stupor.
 Adstat puello concolor suo parens ,
 Mutisque flet singultibus.
 Quin intus ardet , cereoque succinas
 Coruscat è vultu faces.
 Ut liberales pueri in amplexus , simul
 In prona pendet oscula !
 Amoris æstum Dædalâ tantum prece
 Denudat , & silentio.
 Submissa circum rusticò pubes genu
 Regem coronat Daphnidem.
 Et ne tributa munerum mapalibus
 Amica paupertas neget ,
 Mopsus nivosi velleris pulchrâ premit
 Accline tergus sarcinâ.
 Brumalis uvæ copiam sapphirino
 Vovet quasillo Tityrus ;
 Quæ uexa mentientibus licet botris
 Traheret Apelleas aves.
 Lactis coacti sylvius massam suis
 Dum fert lacertis , mobilem
 Tentat choream ; gaudii sed compedem
 Expertus insaltu , riget.
 Afflatus hæret interim cunis Mycon ,
 Vultuque soles evomit ,
 Binam silebo belluam baccis gravem ,
 Quæ dum Tonantem calfacit ,
 Posset coruscis inseri fastigiis
 Auctura turmam siderum ?

O 5

Sed,

Sed, ne triumphis obstrepat BETHLEMIIS
 Asellus, aut Bos corniger,
 Lapsi supernis Alites valvis ruunt,
 Mutaque plaudunt næniā.
 Circum procella fulgurum dives fluit,
 Rigatque speluncam Tagus.
 Hinc fœta vernal aureis humus rosis :
 Suasque miratur nives
 Comi December suavè flavescentibus.
 Ridente Flora, frondibus.
 Hæc qui videret, hic adesce Thraciis
 Juraret Aprilem rotis;
 Tam fabra veris gratiam illusit manus,
 Vivâque clausit bracteā.
 Infusus auro sufficit bombyx croco,
 Regique florum. sanguinem.
 Idem corymbos nodat, & mollem feris
 Violariis ferruginem.
 Jam se fateri Teucriam victam decet,
 Si palpebris semel suis
 Suspensa parvo hūc limini conterminæ
 Theatra sylvæ perlegat.
 Hinc, & comantes inde clivi gemmeam
 Antro coronam circinant,
 Verruntque fictas Pleiades, smaragdinam
 Tollente cedreto comam.
 Hic gratus horror serico pictus metu,
 Spelæa concinnat feris;
 Aprosque fulvis hispidos corallii
 Venantium objectat plagis.

Latrare credas usque fulgido
 Fusos metallo Vertagos:
 Jactisque latè ludicris hastilibus
 Findi lacestimum Jovem.
 Quà collis imum contrahit pedem, frequens
 Crystallinis venis humus
 Dispensat agris, pascuisque lacteos
 Spumannis argenti lacus.
 It inquieto prodigum nectar gelu,
 Sternente berylo fugam;
 Quod irrigatas ocyus cogat Syra
 Ridere plantas lacrymæ.
 Scenæ virentis aream vallat suis
 Pomona propugnaculis:
 Hortique miro pensiles suspendio
 Utrumque prætexunt latus.
 Non huic Vopisci Tibur, aut Phæacium
 Certaret Autumno nemus
 Vel ipse fulvis excubans malis draco
 Devictus hinc discederet.
 Quò sumptuosa per pericla vallium,
 Per rura dumis gemmea,
 Per tesqua, perque fluminum crepidines
 Phrygiâ elaboratas acu,
 Obtutus errat? Hinc Hymettias agunt
 Odora prata nundinas:
 Thymbramque fulvis illitæ stellis apes
 Ficto lacestunt osculo.
 Illinc senatus rustici prætoria
 Ovilium præsunt foro;

Fœtisque jura sanciunt. Pars exigit
 Metam nivalis casei.
 Pars mulctat agnas vellere, & diu vagum
 Compellit in caulam gregem.
 Sed, quod cubile fericum conspexerit,
 Adire non audet pecus;
 Quamvis tegatur murice, & credat sua,
 Quæ flava gestat stamina.
CIRINE, Cyrus imperare civibus
 Sic purpuratis posceret:
 At ipse mallem cerei infantis pede
 Famularè submisus premi.
 Heu nudat artus, meque succendit suo
 Pusilla paupertas gelu.
Valete fastus, fabra **M E S S A N E N S I U M**
 Quotquot caterva mystico
 Huic vovit antro. Vidimus Gangeticis
 Sæpe extrui conchyliis,
 Coccolesque, & auro sectili natantium
 Testudinum illusas specus.
 At una solum condidit se se meis
 Bethlæa bacca retibus.
Laudo Sicanum è textili pennâ larem;
 Seu pictus ales Phasidos,
 Scii pavo **B E T L E M** struxerit, qui plumeis
 Tegat cavernam palpebris,
 Et mille versicoloribus guttis rotet
 Cristata lucis fulgura.
 Verum fatebor: unicum me perculit
 Tot inter alites jubas

Implumè Numen. Cæteras cur flagitem
Spectare ZANCLÆAS opes;
Hic, hic quiescam, splendidum naëtus meis,
MARCELLE, nidum gaudiis.
Jam janque tutus dormio. stravit suas
DIVINUS hîc plumas AMOR.

ANATOME ATOMORUM DEMOCRITI,

Cujus sententia de fortuita rerum
ex ATOMIS procreatione
deridetur.

AD NAZARIUM RIPAM. ODE IV.

PAnætianæ porticus examina,
Cynicique potores cadi,
Et quos stagiræ tussientis exedræ
Priscos adoptarunt sophos,
Huc, huc adœste. Concolor lacti dies
Natalis est DEMOCRITI:
Quem nulla tuistis increpet, stellas precor,
Corvina vox convicio:
Nec ulla fuscis, hinc, & hinc contagiosis
Afflata nubes polluat.
Hanc devovere gestiunt facetiis,
Jocisque lucem Gratiae:

O 7

Et,

Et, quo cachinnis turgidum crepantibus
 Laxissimum splenem gerant,
 Post Heraclito lacrymas, & asperi
 Mæroris abstersam luem,
 Dant hospitales confluentibus viris
 Exilium A T O M O R U M dapes.
 Quod Pallas olim struxerat convivium
 D E M O C R I T I vagitibus.
 Nunc Alpha discubentium cultro vagas
 In frusta micas dissecet;
 Deartuerque luminum ludibria,
 Motique spumam pulveris,
 A cuspidatâ solis esurus comâ
 Sublime protractum nihil.
 Ridetis, ohe ferculum palantibus
 Pinguissum mendaciis!
 Ridetis inquam? sed cachinnis uvidus,
 Largique pulmonis senex,
 His è minutis anserem corpusculis,
 Gignique mullos edocet.
 Nec Bacchus uvas, nec vireta frondeo
 Priapus auro comeret,
 Ni gracilis ille exercitus promiscuo
 Concreceret conforrio.
 Huic forte iudum prandio depositis
 Pulsâ elaborandum chely?
 Me Vate, nulla garrulam consopiet
 Teitudinem malacia.
 Jam plecta nervos pollice incurvo terunt
 Blandumque venantur melos.

Tu

EPODON. 327

Tu docte RIPA , gausape , & veterrimâ
Fretus lacernâ Socratis
Perstringe ferrum , Dædalamque cuspidem
Molire in ATOMORUM cutem.
His scinde venas , æmulusque Poconum
Incide pallentes fibras ,
Et quidquid hæret nuclei tenuissimis
Absconditum compagibus.
Nam tunc videbis mutuò miscerier
Crasloque mergi nubilo :
Post hæc gregatim fervere , & tumentibus
Inflarier coagulis ;
Donec coruscum construant Divis larem ,
Teretemque telluri globum.
Pars in epicyclos siderum rotabitur ,
Astrisque succendet rotas.
Pars in liquentes aëris tractus fluer ,
Suasura pugnas Æolo :
Aut incalescet in caminos fulminum ,
Læsura fastus montium .
Pars concitandos. Nero sternet lacus ,
Squamisque phocas induet.
Pars ima terris faxeum dabit latus ,
Udasque venas amnibus ,
Et invidendi verticis superbiam ,
Cristata ferta , rupibus.
Miraris huic exilium rerum gregi
Tantos inesse spiritus ,
Viresque ; quamvis artibus sectis volent ,
Si se vicissim copulent ?

Pa-

Parent Sophistæ nutibus , & oraculo
 Longum cachinnantis viri ;
 Cui pingue Pallas extudit torno caput ,
 Sub macra lunæ cornua .
 Quod si eruditæ silicis attritu petat
 Fragmen favillæ Veritas :
 Ad fortuitam proximi Casus Pharon
 Tutam locabit anchoram .
 Ergo tonabis Socrates Trinacrius ,
 Feriesque vi dilemmatum
 Frontis protervæ somnium , quod allatrem
 Plenis Lycea scommatis .
 Si cuncta cæcos sortiuntur exitus ,
 Lucemque sub Casus pila
 Conceptus æther hausit , & quidquid suæ
 Complectitur Phœbus comâ ;
 Cur astra ineluctabilem perennibus
 Fidem choreis educant ?
 Cur incitatus Delium nunquam pigrâ
 Fefellit Æthon ungulâ ?
 Aut sica nusquam decidens Orionî
 Coercuit ferociam ?
 Idne est Minervæ consonum suffragio ,
 Sophique dignum pallio ,
 Quod fortis osculetur incertissimam
 Librata tellus aleam ?
 Cur non pruinæ inter , & brumæ nives
 Verno intepescit halitu ?
 Cur non aratro faucia in smaragdinam
 Vel ferream erumpit trabem ?

Num pinus ullam protulit nautis ratem
Remisque , & antennis gravem ;
Vel scissâ rupes edidit Marpesio
Affine delubrum jugo ?
Cur ista tellus deneger , si fertilem
Distendat alvum Casibus ?
Oparce , parce N A Z A R I , DEMOCRITO
Urgere ballistis jocos :
Ridebit usque , & usque pervicacius
Ad missiles phalaricas.
Vin huic cachinnos , gutturiisque ludicram
Frænare contumaciam ?
Attolle dextram ; inque oscitantes aridum
Impinge fauces furfurem.

THEATRUM,
SYLVÆQUE PENNILES LUCIS.

Sive,

Meteorici afflatus quidam ignei,
qui ex bitumineo , sulphureoque
euripi Mamertini , solo per æstivam
quandoque malaciam , vi Solis in
sublime educiti , multiplicis scenæ
lucide , prout subjectus ille colli-
um camporumque , & propinquæ
urbis Messanæ tractus objicitur ,
ju-

jucundissimam imaginem repræsentant. Quam vulgo MORGANAM RHEGINORUM appellant. Legatur Athanasij Kircherij Societ. JESU. Ars magna Lucis, & Umbra lib. 10. cap. 1.

Canebat hoc carmen Auctor,
Cum hoc naturæ prodigium Reginij
forte contemplaretur.

ODE V.

QUAM compeditam nobili spectaculo.
Pupilla potat ecstasim,
Amatque lucis inter hæc convivia
Potare majorem sitim?
Aut huc utrâque fudit artifex manus
Natura gazam fulgurum:
Aut hic reclusit intimam Cælestium
Rimolus æther regiam.
Proh quæ voluptas? Dædalo suspendier
Fulgore scenam vidimus:
Qquam si videret infulatus arbiter,
Pœnique custos liminis.
Nollet triumphis interesse Romulis
Latiosque mirari Duces.
Frons ima ponti, littorumque linea
Fulvis flagrat coralliis;

Argenteique vortices liquentibus
Fracti pyropis purpurant.
Hinc, & coruscis inde millenæ rates
Comuntur astrorum jubis;
Puppique, & alni pensilis carchesio
Furantur Argoum jubar.
At dum fatigant igneum rostris fretum,
Hyememque radiorum secant,
Vident jocosi remiges lapsis polo
Latrare Scyllam siriis,
Gemmisque scintillantibus saturniam
Ardere Falcem fluctibus.
Premit nitentes littorum crepidines
Urbis theatrum fiammeæ;
Quo mille flagrant Cyllari curulum
Sub esedorum sarcinâ.
Auriga Phœbi quilibet credi potest,
Phaëthon non ipso minor.
Vibrant favillas missiles è fistulis
Rorata saxa fontibus;
Pictæque circum Najades stellantibus
Superbiunt Aquariis.
Centum coruscis Zanclias quævis domus;
Et arx columnis æstuat;
Spiraque lucis tortili palatiis
Curvam rotundat Deliam.
Inambulantes hinc & inde fulgido
Scenæ theatalis foro
Cives onustos ignibus, propaginem
Satam putares Phosphoro.

Cacumen Urbis. turriumque , & ædium
 Fastigiati pumices
 Luctantur auro luminum ; quod divitem
 Expugnet Auroræ torum.
 Sublime fixit pendula fultum face
 Pomona divisorium ;
 Opesque ruris aureas hic extulit
 Incidas Tirynthio.
 Corcyra flagrat undique , & Tiburtium
 Hic vernal in flammâ nemus.
 Rigatur imbri gemmeo Atumnus ferax ,
 Flavoque rivorum gelu.
 Hic & roseta lucidum potat Tagum ,
 Rubentque stellis lilia ;
 Perambulante flammis Majo comis ,
 Rubrisque Floræ manulis.
 Non hic recisis fulgurum ramusculis
 Desideres topiaria
 Nam sape ludit igneâ , & frustrâ rotat
 Jovis satelles fulmina.
 Phœnixque flamas inter exarmat necem ;
 Nec deserit cunabula.
 Sulcat Charybdin auream liburnica ,
 Pigrosque suspirat Notos.
 Clangente juxta personat Triton tubâ ,
 Crispatque radiatum mare.
 Custos vireti pensilis Orion ciet ,
 Quos potat , imbres ignium.
 Vicinus Atlas , artifex lucis frutex ,
 Lunante dorsum machinâ ,

Sudat favillis ; qualis Eoo fluit
Sub axe curvatus Phlegon.
At non oportet splendidos , ne pullulent ,
Ferro secari cespites.
Nam , cum sit huic brevissimum sylvæ decus ,
Qui germinet , deest vigor.
Non tot trigonum suaviter flaventibus
Scatet vitrum mendaciis ;
Quot lucus hortis imminens venantium
Dat fulgidas telis feras.
Hinc , ceu Diana sisteret fulvum gregem :
Occurrit ursa Parrhasis ;
Et qui jubatas explicat collo faces
Rugire nescius leo.
Fulgoris ostro purpurant illinc tigres ,
Stellisque flagrant simiae.
Sed cur pavescant , incruenta cum sciant
Lucis rotari spicula ?
Utrumque curvum nobilis scenæ latus
Smaragdinos fert angulos ,
Clauditque mira lucidae Pelasgidos
Cum Libero certamina.
Hinc insulata frugibus nitet Ceres ,
Rutilaque fluctuat corna ;
Centumque bobus post trophæa messium
Inaurat igni cornua ,
Lyœus illinc nexiles Phœbeio
Uvas tegit conopeo ;
Lesboque nutat pensili , nitidissimum
Claudente nectar bracteâ.

Sum.

Summum micantis areæ fastigium
 Coronat auro textili
Infusus Æthon. Irides centum vomit
 Quævis crepido montium.
 Natat, simulque mergitur sapphirino
 Qui spectat hæc Atlantico.
O ver coruscum ! ô palpebris siren meis !
 Pictura radiorum ferax ,
 Cachinnus auræ ucidus , convivium
 Natale Titani sacrum.
 Heu, quò theatrum decidit ? nubes levis
 Larvata stravit gaudia.

APOLLO PHARETRATUS IN ZOILOS.

AD DECIMUM LOMELLINUM.

O D E V I .

NUM Pythona suis tantùm indiguatus
 Apollo
 Fodit pharetræ spiculis ?
 Deteriora putri limo conflata sub auras
 Portenta livor edidit.
 Cadmeo veluti foret hæc sata dente draconis,
 Armata succrevit seges,
 Plus formidatis Phœbi ferienda sagittis ;
 Quam mutuae cladis siti.

Aspi-

ER
e fastigium
centum votis
ium.
ur sapientia
mico.
eboris sicut mis
x,
convenit
t nubis levis

EPODON. 335

Aspice quos dederit demens audacia vultus.

Potumque lac calumniis.

Tristi supercilium setis hirsuta simultas,

Arcuque clausit nubilo.

Pauperis ingenii fastus (si credere fas est)

Lunavit hircinum caput.

Dumque verecundum malè diluit ore pudorem

Frontis protervæ pagina,

Lædendi sese infudit pruritus , & atro

Infecit igni , lumina.

Pro calamo , innocuas læsuram sponte Cæ-

mœnas

Megæra porrexit facem.

Rodunt , ceu mures , palmas ; & Dædala quo-

quot

Minerva laurus educat.

Nec solum Cynico feriunt portenta latrati:

Figunt venena morsibus.

Misilia hinc atque hinc torquent convicia
verbis ,

Ut tela vibrant histrices

Non tutæ regum trabæ non stemmata va-
tum ,

Non ipse virtutum chorus.

Auderent majora , suis si turpibus esset

Fortuna votis concolor.

Nam fuit è densis extracta nitedula dumis

Summi Tonantis infulam

Rodere quæ vellet. Cælo potiora dedissem

Terræque cunis semina;

BEL.

Bellua sic fatur : patiar pallescere Phœben,
 Tegique crinem Delio?
 Cur stabulant stellis pecudes ? cur dira coru-
 scat
 Iratus æther fulmina?
 Turbincis nubes ne verberet aura stagellis,
 Ferrem catenas Æolos
 Dedeget Oceanum fremitus: spumare cachinnis
 Ripâ juberem gemmâ.
 Tum nullus fatuam pallerer navita scyllam ;
 Turpesve phocarum greges.
 Si tellus statio est nostris tutissima rebus ;
 Ad usque summotam stygem ,
 Cur hiat in valles altis modo nubibus æquat
 Inhospitales Caucasos ?
 Pollenti num fulta manu est, quæsæpe vacillat,
 Fractisque mugit faucibus ?
 Cur Ætnæ liceat liquidos jacularier ignes ?
 Padusve mergit Insubres ?
 Mollius innocuis parent elementa lupatis ,
 Si providum norint ducem.
 Ipse equidem nullis sinerem squalere cicutis;
 Densisque rura carduis.
 Pœnis arma jubis auferrem , tigribus iras ,
 Marsisque nodos anguibus.
 Quin limo meliore darem mortalibus omnem
 Oris venuati gratiam ,
 Ac mite ingenium. In pumilos sic nulla gi-
 gantum
 Phlegræa vis erumperet

Non

Non Phalarim ferrent Siculi , non Roma
Nerones ,

Non tela Graium Teucria.

Glandia pacatis nodassem sceptrum pyropis,

Rosisque fasces curiae.

Fixissim dein centenis regna inclyta clavis,

Ne , missiles velut pilae ,

Fortunam varios intermiscente tumultus ,

Elata mox procumberent.

Nec satis ad nostros deflechteret esseda nutus

Soror Voluptatis salus.

Nulla forent terris contagia , me Jove : nullus

Urbes Machaon ungeret.

Sponte suâ Cælo descenderet , ipsa juberet

Canere messem faustitas ,

Et facilem Bacchum tumidis effervere prælis ;

Trudique mella cautibus .

Secula cum fuerent his pubescens lusitri ;

Multam vaporatus prece

Jupiter , explorarem numen , nomenque Tonantis

Miti Pronœam turgidum.

Heu cur pigra riunt stellis fractura rebellem

Trisulca tela belluam ?

Nam satis , in reliquos si vindice saeviat arcu

Phœbi sagitta ZOILOS.

Hæc olim Archilochos armavit , & Hippo-
nactes ,

Lectumque Cyrrha militem.

Pila Theoninis tamen hæc imbuta venenis

Vix torquet animosus Maro ;

Cum pereant Bavij, si negligat; & sibi Flaccus
Olere dicat Mævios.

PUNICI FORI PICTURA.

Ex D. August. lib. 16. de Civit.

Dei cap. 8.

Sive,

Improborum Imago.

AD FAUSTINUM LANCELLOTUM.

ODE VII.

Usque adeo, FAUSTINE, meis one-
rabere nugis

Ut lassus aures deprimas?

Jam memini, quoties oculis suasere soporem
Ingrata buxi tædia.

Pervigiles nunc obtutus sibi scena resposcit,

Quam PUNICO pandam FORO.

Monstriferis scatet illa viris, semperq; ferax est
Tellus Elisa belluis.

Quidquid in humanis olim est coamenta figuræ
Vetus vulgi fabula,

Illic suspenso Pœnæ solertia dextræ

Saxi coloravit gelu.

Cerbereis nonnulla cohors in limine rostris
Muto latrabat spiritu.

Plurima Pygmæi fastus, hærenisque solo pars,

Ut solis arceret facem,

Ex-

EPODON. 339

Extulerat : veluti non parvæ umbracula nubis,
 Imini pedis vestigia.
 Altera , cui sese gessit natura novercam ,
 Tanquam trucidatum foret
 Ex humeris , caput in patulo thorace ferebat ;
 Premente tergus tubere .
 Porticibus mediis , fabro densarier auro
 Informe pumilorum genus
 Aspiceres , cui distortis in cornua suris
 Hæret retrosum duplii
 Pes cubito major . non hos aut Pegasus ales ,
 Ladasve cursu vinceret .
 Jamque irritassent in Martia signa Camillana
 Pictura ni ferret moram .
 At circumfusi Pygmæis forte Cyclopos
 Inter myricas arduæ
 Ceu pinus stabant , visæ protendere Cælo
 Ramos , & immensum nemus .
 His frontis mediam servat pupilla cavernam ,
 Figique gaudet Delio .
 Nec procul est vultu pollens Arimaspus eodem
 Isidemque pollens viribus ,
 Qui vocet ad pugnam gryphes , cogatque mi-
 cantem
 Pallere bello laminam .
 Illic Parthasi refugâ spirabat in umbrâ
 Truncis caterva naribus ,
 Sarcophago sternenda ; necem ni pelleret
 Afris
 Afflatus ē rosis odor .

At, cui ihinoceros rugosâ è fronte pependit,
 Adversa cominus stetit.
 Loripedum flexu caveæ Getulus Apelles
 Collegit hirsutam manum.
 Hi serpentigenæ septena volumina caudæ;
 Lernamque mobilem trahunt.
 Capripedes juxta satyros, Faunosque bicornes,
 Pinxitque Lapistheum gregem,
 Olim in convivas vibrantem tela bimembres;
 Ciente Martem Lesbio.
 Proxima succedit puerorum turba, nivosum
 Ferens capillis Iismaron;
 Quæ sibi deploret primâ lanugine Maium,
 Cessisse Februario.
 Extremi lateris fines obsedit hiulcis
 Crinita Gorgon anguibus,
 Et scylla implacabilibus latrata molossis,
 Diræque noctis filiæ.
 Palpitat his cervix fictis inflata cerastis,
 Terretque vulgi lumina.
 Rara tamen sunt haec imæ spectacula scenæ;
 Deprensa monstra fluctibus;
 Quæs liquida arrisere sui commercia Phorci,
 Rudisque Tritonum tuba.
 His glauci crines, cervix crystallina, retro
 Squamosa cauda crutibus.
 A tergo, summa gaudet fluitare procellâ
 Dolosa Sirenum cohors:
 Et jam penè suo raperet modulamine pictis
 Aurita vota navitis.

Ipsa-

Ipsaque de scopulis accita emerget echo;
Ni muta vox insperpet.

Hæc portenta viden: fūnt sunt simulacra pro-
fanæ

Mortalium dementiæ.

Deterius Circe est vitium quodcunq; propinato
Hoc efferamur poculo.

Aut in Aloidas transfert audacia , promptos
Inferre vel Jovi minas :

Aut reddit pumilos,fœtis sata monstra locustis,
Exosa mens cultum sui.

Ut quisquis volitet curvis per compita plantis,
Inverfa cogit Æquitas.

Sic ubi diffudit torvus contagia livor ,
Tumescit ingens palpebra.

Quin aperit patulas immensâ cuspide nares
Amica frons calumniis.

In gryphos furax auri luctatur orexis ;
Ridente Pluto prœlium.

Luxus villosam rotat in sublimia caudam ;
Luditque Faunus capipes.

Spargit Hyperboream invenili in crine se-
nectam

Nivosa vis socordiæ.

At portentificam vultu bībit ira Medusam
Plaudente Dirarum manu.

Furatur sibi sirenum portenta Voluptas ,
Fallitque concentus dolo ;

Quamvis Cyprigenæ scopulos offendat, & imū
Flagrante lymphā , vorticem.

Cætera prætercam Obtutus, FAUSTINE, re-
cusat

Per tot rotari belluas.

Si sapis, hæc etiam cautus spectacula cernas:
Vel picta luces fascinant.

LYMPHATIO SICULA.

Sive,

Triumphus, Idibus Julii, cum clade,
ac fractura poculorum, quotan-
nis celebrandus; ad coercendum
restinguendæ sitis luxum glacia-
libus aquis, saccharo multipli-
cisque succi lenocinio medicatis.

O D E VIII.

A Udistis ohe classicum? clangor monet
Idus rotari Julias.

Surgamus. Imi pectoris malaciam

Afflatus irritat furor.

Manus obarmat, unguiumque exasperat
Summam Celæno cuspidem.

Jam jamque nostris vinitor papaverum

PRISCUS Medullis incubat.

Affer bacillum dispari nodo, puer;

Pruritus urget verberum.

Con-

EPODON.

343

Congesta mensis vulnere impacto suum

Cryftalla funus sentiant.

Non pollonis uidi dimentiæ

Iratus hæc Cæsar jubet.

Sed mos adulterantium in potu nives

Flavi veneno nectaris;

Latrante longum Sirio infuctum nefas,

Quod asperet magis fitim.

Ergo mamilla fontium parcam gelu

Fert lacteo dulcedinem?

Aestivus hydrops, Cæsarum carchesia

Ni vincat, expleri nequit?

Nam quid nivosi nectaris fastum loquar

Lenocinantem faucibus?

Apicianâ major hæc sitis gulâ

Sicana poscit pocula:

Quæ delicato vix propinasset Jovi

Jocosa fatum fabula.

His cinnamomi tortilis pluvisculus

Liquente mistus saccharo

Inaturat amnum, reddit ut Tartessii

Electrinum Tagi gelu.

Aut gelsimini tunsa nix albedinem

His elaborat cymbiis:

Ut ipse potor lacteam superbiat

Cæli papillam fugere.

Quin occupantis Mediae lucos citri

Recenter expressam juvat

Hyblæ pruinis incoqui acrimoniā;

Diluta donec nectare

Novum palati gaudiis acerbitas
 Vel ipsa vestigia ferat.
 Jam trita fraga , aut insolens adhuc bibi
 Vitellus accendit nives ,
 Didicuntque vulgi fervidas gratissimâ
 Mulcere fauces stiria
 Est aut anisi semen , aut pepunculi ,
 Quod augeat luxum fitis.
 Liquatur amni lacteo , mox cogitur
 Hyemare potandus calix.
 Quid et quod sicanæ arundinis fulvo gelu
 Hauritur aut rosæ pudor ,
 Aut quidquid auri pensilis pomario
 Corcyra maturat suo ?
 Sic in rubenti saccharo Thaumantias
 Glaciata libatur vitro ;
 Et qui nivali poculo infusus natat
 Odoris arquati vapor.
 Sed non suavè sic ligurientium
 Pretiosa sedatur lues ,
 Ni congeletur humor ipse vitrei
 Crateris acturus vices :
 Novâque sensim sorbeant scyphos gulâ
 Potura gemmas secula.
 Heu quid moratur Sicanæ circumsonam
 LYMPHATIONIS buccinam ?
 Adeste luxus vindices , quibus vitî
 Immunis arrisit latex.
 Ter in choreas crura solvantur , dies
 Donec cremata langueat.

Ter

BER
E P O D O N . 348

Ter & canendum carmen hoc ad singulos
Cyllenix pulsus lyræ.

Io triumphe ! pallidam duxit stygem
Fulvi libido nectaris.

Stridet procella verberum , ad quævis flagra
Plaudente Nympharum choro.

Sic sumptuosam dilui flammam placet ,
Trullisque pœnam solvier.

Sic & salubri virium innocentiae
Decentius litabitur.

Io triumphe ! Diffluet venis hydrops,
Si quassa crystallus ruat.

Nec fluctuabit frigore epoto palus
Stagnantis alvi ; nec latus

Offenderet auctam calculis crepidinem ,
Scyllaque turgidum jecur.

Io triumphe ! nectare excusso citam
Eludimus fati rotam.

At ipse vindex interim pellucidañ
Domabo fuste victimam.

Omnem culullis auream vellam cutem :
Filicatus occumbet calix :

Vibice pingam murrhina ; & suam Samos
Curtabit hic superbiam.

Ipsi pusillum , ni scidisset , poculum
Cynico cruentarem sopho.

Præterfluentem rura discamus cava
Libare fontem dexterâ.

Auditis ? echo cymbiis fractis tonat ,
Terretque yesanam fitim.

BLACENNOMIUM.

Sive,

Vectigal insaniæ,
 Quod olim ab Astrologis Alexandriæ solvebatur.

Ex Suida.

AD HUIUSCE ARTIS PROFESSORES.

ODE IX.

CUR radium, vitreosque tubos arroditis?
 Aut cur
 Doctum Canopi pulverem
 Polluitis digito, stulti, quos latrat Anubis,
 Non absque latratus lucro?
 Isidis imperio Pallas Nilotica fines
 Quos fixit, extendi vetat.
 Stravit rheda sophos, fati per inhospita suetos
 Urgere fastus plumeos.
 Vestrum est natalem stellis ardentibus horam,
 Obitusque scrutari diem;
 Quo nexu plaudant thiasos; quâ Phosphorus
 undâ
 Lotum reducat Cyllaron:
 Quid peccent Hyades, nudum quâ fulciat ensem
 Armatus Orion manu.

Ex-

Expediet nondum visos rimarier ignes,

Phœbique nævos radere.

Aut impendentem Trivæ prædicere plenam
Palloris ægrimoniam.

Sic Berenicæum cœlo flavescere crinem
Lustravit obtutu Conon.

Admonuitque Thales prognatum Hyperione
quondam

Nigrante velandum togâ.

Huic feriat vestro contorta phalarica nervo,
Doctæque vis Tritonidos.

Ulteriora latent, nec cuiquam affigere fas est
Cinabulis præsagia.

Libertas animum stellarum afflamine solvit,
Fatique subduxit jugo.

Cur Orbis Phariæ formidet dogmata spuma
Nunquam cruentâ saucius

Chironis pharetrâ, nec Tauri vindice cornu
Jaëtatus in morem pilæ?

In lapidem obriguit Niobe; sed nulla ruentis
Culpavit Hædi fidera.

Flet laceros fasces Latium, sed nec Leo fregit,
Nec immemor Romæ Lupa.

Nec canis obtutus priscas nunc fascinat urbes,
Vellitque caudâ scorpius,

Quod sensim percant; pereatque exterrita
Crete,

Bello subacta Thracio.

Jam si terrigenis impendentis fata, coruscis
Recusa fata malleis;

Cur Jove sub niveo passim pars plurima
vivit

Pullâ togata carbaſo?

Calcaruntque ſrosas alij , quos attigit Hydræ
Stellis ſaginatum jecur ?

Quot Venus aſpexit , queis nunquam polluit
ungues

Inceſta fax Cupidinis?

Sæpius expavit liuſos gens Romula , quamvis
Sub Martis igne vagiit.

Nondum deliram medicâ trajecimus hastâ
Memphitici gregis cutem?

Fer radium , & cystallo , puer : venarier astris,
Quæ ſint futura , novimus.

Uranie docuit Ptolemæo major , & illo
Cui pulchra nupsit Cynthia.

Aucupor Iſiacis fata impendentia Mystis ,
Niloque ſerviles minas.

Quàm feralè rubet ſtellato Sirius oſtro ,
Rudensque pallet bellua!

Conſcia turbineæ ſunt hæc præſagia cladis,
Doctis cavenda palliis.

Si mea Phœbeis certent oracula , noſceret
Qui naviget peluſium.

Illic affuetos astris ſuspendere caſus ,
Dubiasque fortunæ vices

Exagitat lictor pharius , nodatque catenis ,
Flagroque dorsum dedolat ;

Donec Niliacis dent veſtigalia ſceptris
Ignobilis dementiæ.

Quàm

Quām vellent sibi Pergameā pubescere barbam
 Ne mense desit Junio
 Auri flava seges : sed semina Majus, & aureum
 Florem cerebri contudit.

A R C A N A V A T I S PINACOTHECA.

Ad quemdam SICULUM PRINCIPEM, Auctoris cubiculum
 adeunte.

O D E X.

QUÆ te vicissim provocat pauperculum
 Adire Vatem comitas,
 Sicane Princeps ? non inurbanus furor
 Hanc suasit indulgentiam.
O parce nudo limini subselliis ,
 Quæ flava concinnet cedrus :
 Pictoque latè Dædalâ Phrygum manu
 Maæander auro pròluit.
 Scamno sedebis fagino ; quod rusticâ
 Faunus dolavit ascia.
 Hic , si trigono palpebras merges vitro ,
 Læváque tædam fulseris ,
 Majora cernes , quām theatra Romulis
 Prolusserint spectaculis.
 Sed pruientem comprimas splenem , precor ,
 Labat ad cæchinos hæc domus !

Nostráque præceps janua dilabitur
 Triflís PINACOTHECÆ labor.
Ut hosce postes tutus accedas magis;
 Hunc sume Gygis anulum:
 Quo sœpe Phœbus utitur, opulentia
 Visurus hæredem suæ.
 Spectasne plumam Pegasi crystallino
 Coercitam conopeo?
 Hac findo nubes, arduæque Phocidos
 Prætervehor cacumina:
 Aut rapior ad Memphiticam Nili Pharon,
 Raucive singultus Tagi.
Quamvis ruentis Icari fatum monet
 Præire rhedam Phosphori,
 Vel funeratam fôlis orbitam sequi,
 Instar paventis noctuæ.
Cùm tædet urbis, hospitatique molior
 Subire ruris gratiam;
 Hanc viso parvam pumice exeso specum,
 Fabrâ elaboratam manu.
 Accede, & aures admove: sylvestribus
 Scatere senties jocis.
 Audin Menalçæ pinguis iræ jurgium,
 Senisque Damœtæ minas
 Dijudicatas sub comatâ populo
 Palæmonis sententiâ?
 Hæc concinentem Tityrum fagus refert,
 Vagamque Melibœi fugam
 Motis perorat frondibus, miscens simul
 Solatiis suspiria.

Quan-

E P O D O N .

352

Quandoque fletur saxeo Daphnis gelu,
Saxisque mœror palpitat;
Quem forte lustrans uividis Dryas genis,
Mutumque tabescat pecus.
Vicus antro plumeâ rogos pyrâ,
Nasonis extructus chely
Scintillat, olim psittaco sacer suo.
Hic ter quotannis æstuat,
Fletumque nidis hue volantibus cier,
Suadente rostro nænam.
Ergo catulli passerem, & poëtrias
Lugere picas Persii
Raucumque mœstas sibilare vidimus
Prisci cicadas Eunomî.
Oblitus ipse fulminis lictor Jovis
Fert ungue cyparissi comam,
Veetigal urnæ. Sordidus pavo dolet,
Centumque pupillis gemit.
Clangore funus anseres replent. velut
Urbs capta si Gallis foret.
Pullatus albas exuit cygnus nives.
Vincitque nocturnam strigem.
Suam profundis immolant singultibus
Pinguedinem ficedulæ.
Vel ipse phœnix auream fusco linit
Superbiam vaccinio.
Quid plura volvam? præfica evadit merops,
Questuque Libitinam parat.
Post exarata m nubibus querimoniam
Palamedis accurunt aves,

Au-

Augentque luctus. Interim surdos vocat
 Hirundo Manes Psittaci;
 Tonatque lessu turturis cubiculum;
 Et næniis achantidum.
 Huc flecte luces. Æream Alcidæ vides
 Clavamque, & artus æreos?
 Festinat hic irascier; bilem suis
 Si concites è naribus,
 Nam tactus usque, & usque, & usque sternuit
 Non absque Pumilorum metu.
 Tunc Lerna pressis occulit spiras Hydris;
 Iterumque vicinus pavet
 Perire Nestus, hispidâ sese licet
 Tegat metalli penula.
 Toreuma clarum Phidiæ est hoc Ilium,
 Quod igne subiecto nequit
 Unquam cremari: sed simul cuiuslibet
 Audivit hinnitus equi,
 Repente flagrat funeique mœnibus
 Rotat Vesevi vortices.
 Vehit per urbis arces, & quassos lares
 Argoa fax incendium;
 Cogitque Xanthum flere, & Æneæ comam
 Piâ fatigat sarcinâ,
 Jam cerne concham cohleæ flexu cavam
 Turmalis instar buccinæ.
 Tritonis hæc est classicum: vix ebibit
 Rimâ fenestrarum Notos,
 Cum tristè clangit, suscitatque spumeos
 Jacentis hîc ponti lacus.

Tunc

E P O D O N . 353

Tunc unda pictam diluit malaciam,
Canamque mentitur Thetin.
Tunc præliares mugunt Japyges,
Tonatque Neptuni tridens.
Quandoque terret æquoris brumam tubâ;
Indiciturque fluctibus
Custos sereni, somnus. Emergit vigil
Mox Phorcus, & Phorci chorus;
Et ludibundâ subsilit squama pecus,
Stertente longum Proteo.
Huic versipelles nexuit vinclis dolos
Profugunque Lysippus pedem.
At, dormientem ne quis excite frigor,
Plausæve palmæ sibilus.
Valde cavendum. Liber à somno gravem
Quassat lacertis obijcem,
Irâque præcps induit fabellicam
Immanis apri imaginem:
Aut in Chimæræ fumeos hiat specus,
Antrisque Vulcanum vomit:
Aut fervet ut Charybdis, & Vatis domum
Diverberat latratibus.
Quin in draconem squameum versus premic
Voluminum spiris latus?
Donec sagacem callidâ volubilis
Illudat obtutum fugâ.
Perpende clausum succino, ne diffluat,
Simonidis suspirium.
Olim recluso prodiit spiraculo,
Nostrisque fixum paginis

Fu-

Fuscavit atrâ candidas caudâ notas,
 Tristique Musas sepiâ.
 Ni dispulisset providâ Phœbus lyrâ,
 Deleta jam Phocis foret.
 En sculptus Aetnæ terror , & Cycopleus
 Incudis Aetnæ labor.
 Haud intonato mugit axe Jupiter ,
 Stridetve Gradivi Chalybs ;
 Quin officina ferveat , nocentium
 Datura fœtus fulminum ;
 Aut bellicosis ocreas , & acinacem , &
 Adamanta cristatum viris.
 Majora posthac detegam , si tondcas ,
 Quæ frondet auro , bracteam ;
 Huic sponte vulsis Tænarus valvis patet ,
 Mutumque denudat gregem.
 Rimare nunc obtutibus , quot horreat
 Torquatus hydris Cerberus :
 Ut radat illætabilem torvi senis
 Rimoſa Cocytum ſcapha ?
 Ut fixus uncâ ploret Ixion rotâ ,
 Volvatque rupem Sisyphus :
 Aut lusus undâ Tantalus pafcat ſitim ,
 Refugasque venetur dapes.
 Spectasne Lethen , & bibentes ebria
 Mendaciis oblivia ,
 Cum rite potis Manibus recluditur
 Limen ſoporis corneum ?
 Heu cardo motus attremit , & omnem veræ
 Nudare gazam fabulæ !

Ne

Ne plura quæso, flagites, si crastinis
 Jucundiora solibus
 Libanda promam. Sternitur jamjam tibi
 Supplex recedenti Gyges,
 Centumque palmis pileum vellit comâ,
 Dicturus Uribanum VALE.

SYNODUS EPIDAURIA,
In ÆSCULAPII porticu quondam
habita.

Sive,

De tuenda Valetudine leges.

O D E XI.

RURIS ORETEI dorso cùm forte federem,
 Salubris auræ spiritum
 Capturus, postquam morbi in certamine victor
 Lethale pilum fregeram:
 Visa salus nobis sese objecisse videndam
 Cultu Napææ divitem.
 Vultus erat nivibus, parcoq; tenerrimus ostro:
 Eburna frontis area.
 Labra rosas, coma Phœbeum exæquaverat au-
 rum,
 Pupilla binum Castorem
 Crura adamanteis surgebant fulta columnis,
 Velabat argentum pedes.

Haud

Haud crux ignavus, sed inexpugnabile robur
 Totis meabat artibus.
Cui dederat posse æternis pubescere lustris
 Juventa nil debens fugæ.
Ut proprius stetit; enervis mihi languor, &
 omnis
 Morbi character luteus
Funditus interiit: vires rediere; cucurrit
 Librata vena brachiis.
 Mox hæc effata. Humanis abscondita membris
 Sum Diva, Parcarum metus;
Cum cito diffugiam morbi subeuntis Erinnyn,
 Redeamque post pulsam luem.
 Me sine, consulibus fasces, & aratra bubulcis.
 Vatique torpescunt lyrae.
Ni mecum incedant, succiso poplite risus,
 Claudique succumbunt joci.
 Ad mea Saturnus differt orichalca furorem;
 Nec luna fuseat orbitam.
Tū prohibet plūbeos effervere Juppiter austros;
 Innoxii fluunt dies.
 Ipsa tuas miserata preces, interflua nuper
 Venas venena depuli,
Innocuamque dedi primam libare senectam:
 Addam vel annos Nestoris,
Si libet, arcana quavis ærugine tutos;
 Dum non recuses obsequi.
Præscribam pauca è multis, EPIDAURIA
 quotquot,
Indixit olim regia,

Mol.

Mollè premes quascunq[ue] ciet Thetis intima
spumas.

Irâ cerebrum fluctuat:
Turgescit jecur, & guttis pupilla cruentis
Mergi salutem nunciat.

Palantes hilari cludas indagine curas.
Mœror medullas ulcerat.

Manè simul strato surrexeris, ablue luges
Haud frigidi fortis lacu.

Egelidi rores accunt, quem s[æ]pe momordit
Nivosus obtutum latex.

Mox circumfulsum gingivis dilue viscum
Pallentis usu salviæ.

Saxeа si qua tamen rubigo molaribus hæsit,
Pulvis teret corallinus.

Juverit oppositis rutilæ Phaëthonis habenæ
Ter sternuisse naribus.

Omen erit faustum; si se p[ro]mitta relaxet,
Fluatque pulsu buccinæ.

Mæandro dein flexivago percurrat arandum
Dentata buxus verticem.

Furfure depexo transfumat inutilis humor
Summæ cutis spiraculo.

Ne stomachi barathrum æstivâ, velut Asphal-
tites,

Elangueat malaciâ;
Leniter incedas sub Eoa crepuscula; donec
Liquescat in baccas labor.

Summa coronabis nemorum tamen ilia gressu,
Dum pallet Auroræ crocus.

Vix occultari patitur post prandia pestem
 Mephitis ima vallium.
 Proderit è Chiâ lentisco rodere guttam,
 Aut cinnamomi corticem.
 Os uteri nudum foveant villosa lupinis
 Detracta costis tergora.
 Ne comedas, jejuna dapes ni flagitet alvus;
 Sed nec latrantem deseras.
Utrumque enervat flammæ vitalis acerram.
 Cibrant faburram navitæ,
 Qucis impendet idem funus, seu nulla carinam,
 Seu mergat ingens sarcina.
 Matutina nocent stomacho jentacula, Bac-
 chum
 Odisse fertur Bosphorus.
 Sis tempestivæ parcus conviva polentæ,
 Malvæque fallentis gulam.
 Plures guttatis avibus quaesita voluptas,
 Quam tela straverunt viros
Ut Phrygio Mars Graius equo, sic gurgite
 ventris
 Surgunt catervatim febres.
 Ingluvies podagræ pedicas, pleuritidis hastam,
 Tristemque conflat calculum.
 Tum lippis nequicquam oculis colliria posces,
 Urit Falernum palpebras:
Urit ab excelsa diffusos tramite nervos.
 Si rugit alvo Lesbius.
Hæc non immodicæ sunt vestigalia cœnæ,
 Pacata noctis otia;

Mens

Mens potior vivax vultus, redivivaque nuper
Fedis juventa viribus.

Ne longum stes, aut sedeas, nam diffuit, & se
Laxatus exarmat vigor.

Post vespertinam sub brumæ sidera mensam,
Molli gradatim calceo

Procedas, insternit iter geniale sopori
Pulsus December cruribus.

Profuerit genua, & gelidas plerumque sabbæis
Lavissè suras balneis.

Post tepidos hosce eptos dimanat odores
Benigna vena Morphæos.

Austrum hyeme, æstivo Zephyros admitte la-
tratu,

Raucumque murmur fontium.

Septembres pluvias tutâ defende lacernâ :
Bibere virus Siiij.

Fige lares, ubi festinet tibi Taurus Aprilia
Ab usque Jani Deliâ :

Mitis ubi cœli facies argentea nunquam
Nebulis saginavit Jovem.

Stagnantis torpore lacus corrumpitur aér,
Ulvaque putris halitu.

Si sapis, hinc abeas. Sic ore locuta recessit :
Suasitque non segnem fugam.

Terrebat non ante palus mihi visa ; myricis
Opaca sylva clauerat.



PATIBULUM INAURATUM

ALCHIMISTIS ERECTUM.

Sive,

BRAGADINI Veneti, Alchimista,
in cruce auro illatâ à Bavariæ,
quondam Duce suspensi.

Ad Chemicæ artis hæredes
Monitum.

ODE XII.

Quousque terris ferreum Plutus suo
Conflabit auro seculum?
Parvone vota divitum premit jugo,
Eviscerandis ultimæ.
Cuniculosis rupibus Peruviae
Ad usque visendam stygem?
Jam sensit iætus sarculi triceps canis,
Fractoque latravit specu.
Celavit anceps surilem scapham Charon,
Ne flava merx demergeter:
Massæque pallor luteus passim novo
Pallore Manes obruit.
Peiora platus imperat plutoniæ
Afflatus inclemenciam.
Contaminatum Tantali nepotibus
Exasperat magis jecur;

Quod-

Quodque innocentia naufragat fastu sagax

Natura, molitur nefas.

Pavit quibusdam nobilem vesaniam,

Aurique gignendi sitim.

Hos suadet, urget: erudit diutius

Conarier mendax opus.

Ergo caminis iuebant, Phœbo diem

Ducente, noctem Cynthiâ.

Ut si dicanda feriis semper forent

Tributa Vulcanalibus.

Ex officinâ crederes Pyracmonum,

Brontisque fumosi genus.

Sic ustulatus Æthiops natat genis,

Ardentque palpebris faces.

Pars delicati sulphuris florem legit;

Bituminumque glaream

Fulvæ veneno lacrymæ, & vivo simul

Immiscet argenti lacu.

Pars inde fabri pulveris semen coquit

Pigri favilla clibani.

Pars eruditam commodat libentius

Æri liquando dexteram.

Hic librat ignem clepsydrâ, pigerrimum

Auro incoquendo Delium

Objurgat idem, & arctius Titaniae

Compendium facit moræ.

Affundit alter aridum lebetibus

Pallentis herbæ corticem,

Flavique spumam glutinis; quò contumax

Frangi metallum nesciat.

Q

Ex-

Explorat alter mallei morsu rudem
 Gazæ rubentis laminam:
 Frangique nactus vitream, culpat sui
 Laboris ignavi fidem,
 Fatoque Diras imprecatus, asperis
 Ulciscitur conviciis.
 Mox fæce potâ Tantali, orditur nova
 Prisci furoris stamina:
 Donec cerebri pauper, & domestico
 Vix splendidus teruncio,
 Fuliginosam colligat vultu picem;
 Opesque larvatas manu.
 O bladientis aucupes insomniâ,
 Fabrique pinguis fabulæ,
 Audite (ne jam turpius fatum premat)
 Sic vos IN AURATÆ CRUCIS.
 Suspensus unco BRAGADINUS admonet;
 Dignâque latrat exedrâ.
 Huc me sinistra compulit (verum loquor)
 Fraus marcidæ cupidinis.
 Emptum labore funus, & partum meâ est
 Opprobrium solertiâ.
 Venabar aurum nescius periculi,
 Flavente quod gleba later.
 Solvisse mallem fumeam fornaculis
 Cervicis insanæ cutem,
 Quâm sulphur, æra, divites arenulas,
 Spei dolosæ pabula.
 Frustra caminus sæpius fractas suis
 Effudit è costis minas.

Rubensque massa sustulit scintillulas,
Præsaga luctus semina.
Ignem putaram fervidum; nec senseram
Adesse Cassandram foco.
Quamvis fluentes usque, & usque cogere
Errare fumus lacrymas.
O dira vos hæc terreant demum mala
Serosque, & incautos Phryges!
Hujuscce imago funeris vestræ potest
Mederier dementiæ.

MIRRHAE PALESTINÆ FASCICULUS.

Sive,

CHRISTUS PATIENS.

Carmen Elegiaco-lyricum
Flebilibus tibiis ante aram
DREPANITANÆ VIRGINIS
à Vate emodulatum.

O D E XIII.

DIVa parens, cui septenâ jam cuspide
pectus
Fodit Palæstinus chalybs,
Me sine Golgotheam tecum decerpere MYR-
RHAM.
Fortasse vulnus leniam.

Jam digitī in falcem cedunt, in vincula crines.
 Suspirat hanc messēm sinus.
Heu cur nō manibus centū amplexurus Amorē
 Solymaeus evasi Gyges?
Uror, ut Illyricis male saucia cerva colubris.
 Venabor hic opem malis.
Obtutus juvat: ut serpens conspecta venenis
 Olim medelam præbuit.
At, nisi perstringam, viduis languescimus ulnis
 Est hoc in amplexu salus.
Num potior Granadilla meis, ô Diva, lacertis.
 Hanc ferre cui gazam licet?
Aprilem sortita pium, fert illa decorum
 Vernante vectigal comā;
Et calamo, ramisque crucem mentitur: Amoris
 Torum fuisse crederem.
Ambitur radiis teneram singentibus hastam
 Hastæ minacis æmulam.
In floris medio guttatā aspergine quinum
 Gemmascit in vulnus rubor.
Jamque iret cruor in stillas, ni Flora veteraret,
 Glaciante rorem purpurā.
Quā se recludit croceo craterे, columnam
 Sublimè sustollit calyx,
Hanc posuit, flos ipse loquax clamare videtur;
 Divinus Alcides manu.
Summa coronantur viridis fastigia fastus,
 Trudente vepres infulā.
Sic certè vallandus erat, cui rustica dumis
 Obsessa rident lilia.

Proxi-

Proximior vepribus verno turgescit in auro
Odora clavorum seges.

Scilicet hanc chalybū viētrix patientia messiem
Veris metallo scalpsierat.

Caprcoli villo viridi torsere flagellum;
Servile pignus Numini.

En quæ concinnat florem pretiosa suppellex
Licit Indicā satum plagā.

Indutus fruticat trabeā pietatis, & ipsâ
Comptus Tonantis dextera.

Huic flori invideo vacuis inglorius ulnis.
Sic assequar votis fidem.

Si peterem majora; meis jugulanda fuisset
Quæcunque vox suspiriūs.

Indignus videor, qui CHRISTI in stipite
figar.

Puer ut Tridentinus SIMON:
Quive feram rurilis præclara insignia plagiis.

Senensis ut Virgo tulit.
Sit potior CLARÆ merces, cui contigit imis,

Hastamq; & expressam fibris
Sortiri scuticam, teneroq; adamante columnam

Triplacisque clavi cuspidem.

Quod cupiam, minus est, atque expugnabile
votis:

Sic vota Virgo fulcias.
Golgotheum falçem sitio, non illa papillas

Fatigat ingens sarcina.
Molle jugum crux est, fessis labor ipse ministrat

Dotale membris orium.

Odimus Astæi laticis carchesia : spiræ
Hic felleus latex Hyblam.

Cur regum poscam trabeas ? chlamys hæc mihi
textum

Velamen ostro destinat.

His mallem dumis capiti nodare galerum.

Quam Xerxis ornari mitrâ.

Hæc solvunt me vincla ; manus dat ahenea
gazam;

Dant hæc medelam spicula.

O ut Nazareis opto livefcere flagris !

Roseta vibices erunt.

Num sine vulneribus vivam ? exorabile saltem

Afflige pondus brachiis.

Quod si deficiam myrrheo curvamine pressus .

Repente . Diva , langueam.

METAMORPHOSIS HYBLÆA.

Sive,

De Saccharinis Arundinibus
Fabula.

ODE XIV.

Festinet pugnax armamentaria Mavors
Ætnæis conflare caminis,
Et galæis clypeos , ocreis thoraca pharetris
Teutonicas admisceat hastas.

Hy-

Hyælis sua tela foci; lituosque recudet

Pax nulli cœlura Gradivo.

Aspice; saccharinis ut sint compacta pruinis
Vicinæ tentoria scenæ.

Hinc canas effert glacialis cassida cristas,

Quas velutri præ phaside malles.

Illinc Bellonam mentita industria pingit
Nectarœ cœlamine peltas.

Sunt & Dædaleis argentea fulmina pilis,

Non ulli nocitura palato.

Ipse cataphractus niveâ dulcedine miris

Mars hilarat convivia ludis.

Ne sua mendicet cultis pax otia campis,

Aut Latii spectacula theatris;

Hic vivax siculo nix despumata metallo

Corcyrae, Hesperidumque comantes

Vernat in areolas: Nemeen; Erymanthon, &c
albis

Adsimulat Calydonia frutetis.

Sed nulla hos lucos iratis bellua setis,

Aut rictu allatrante profanat.

Hic Massilæi flavo sub vellere morsus

Impavidum bibit agna soporem.

Blanditur lepori Lælaps; qui jam tibi rodat

Dum videoas, latratibus alvum.

Ambrosium patinis hic sufficit hydra venenum,

Innocuis gratissima spiris,

Scilicet, HYBLÆA quod stillat ARUN-

DINE, nectar.

Multiplices rapit arte figuræ.

Accipe primævâ tantos ab origine lusus,
Trinacriæ miracula famæ.

AETNA olim affinem cùm decertasset in
HYBLAM,

(Inflarat præcordia livor
Agrestis palmæ) Cererem, quâ prelide, liten
Debuerat componere Mavors,

Adversam sensit. lævi suffragia nutus,
Et prisci laus spreta camini
Incussum stomacho bilem, Vulcaniaque atris
Exacuit luctamina flammis.

Tunc mons effractis visus mugire cavernis,
In liquidos circumfluus ignes.
Uruntur sata, combustis latet Evius uvæ,
Et stratis Pomona viretis.

Quid faceret patriis, longum indignante Ty-
phoëo.
Pulsa Ceres ne cederet agris.

Fessa sub HYBLÆO posuit vestigia clivo,
Immeritæ flens fata ruinæ.

At non expertem solaminis HYBLA reliquit
Reginam Trinacridos oræ.

Ocrys afflatam gazâ Zephiritide frontem
Rurali stellantibus ostro

Floribus implicuit, trabeâ viridante lacertos,
Et densis ima ilia myrtis:

Mox apium castris, pronâque effudit ab urnâ
Mella vagis trepidantia rivis.

Evitreis vîsæ thalamis emergere Nymphæ,
In teretes abiere chorcas.

Jam.

EPODON.

369

Jamque suis orsæ thiasis obducere vulnus,
Et Cereri mollire dolorem.

Nec simul ÆTHNA procul vidit, baccha-
tur, hiulei

Livor stimulante flagello,
Nec moras denudat fœtam Cyclopibus ædem,
Excidium latura Napæis.

Irruit in miseras Brontes sociusque Pyramon,
Et spreto Polyphemus ovili.

Hic torquet fundâ convulsæ fragmina rupis,
Fumosos rotat ille lebetas.

Pars vibrat nondum coctas in fulmina massas:
Pars raptas incude bipennes. (divus)

Penè tulit Nymphis HYBLÆA per arva Gra-
Monstriferæ contagia Phlegræ.

Solvuntur choreæ. Sed cum trepidantibus atrox
Terga fugæ vetuisset Enyo,
Quilibet ariupuit (fati indulgentia suasit)
Millenæ mendacia formæ.

Pars in scyllæos pugnavit versa molossos:
Pars Phaij sub pelle draconis.

In Libycas Panopea jubes, in cornua Rheni
Armatam seâ extulit Ægle.

Pallada Cydippe simulat, Steropemque &
ovantem.

Objetâ ferit ægide Brontem.
Penè Giganteæ præceps audacia turmæ

Cessisset contusa Napæis.

Ni fornax Ætnæa nivæ, nivibusque rotasset
Servantes sua fœdera flamas,

Ilicet attactu nivium , incusâque favillâ
 (Vis fati sic victa recessit)

Pugnaces Nymphæ in veteres rediere figuræ,
 Post dubiæ certamina palmæ.

Irbelles ergo rabies Cyclopea Divas
 Invadit , sævumque trucidat.

Nec vis ulla fugæ. HYBLÆAS Mars per-
 culit omnes ,

Et late prostravit alumnas.

Tum longo visæ luctu tabescere sylvæ ,
 Finitimique ululare recessus.

Nexuit HYBLA comis , abjecto flore , cu-
 pressus ,

Et madidam turbavit oborto

Canitiem gemitu ; laceris cùm funera natis ,
 Aggestâ tumularet arenâ.

Hic , mirum dictu , rorata cadavera fletu
 Examines animante puellas ,

Instar ARUNDINEI Fruticis fudere sub auras
 Frondifluos in germina crines :

In teretes calamos , artus ; sua vulnera nodis
 Nativo signantur ab auro.

Expatiata imos radix rugosa per ungues
 Dat tumulo consistere plantas.

Quodque magis mirere; novis submittere norunt
 Vulneribus , ferroque lacertos ;

Nec renuunt prælis patrio lacrymarier imbris ,
 Qui siculo desflagret aheno ;

Nectaresque subire nives ediscat , & omnium
 Eniti miracula rerum.

Quin

Quin etiam fas est pacato Marte Cyclopes,
Ambrosius glaciare pruinis.
Sic post fata juvat priscos ulciscier hostes
Attonitos dulcedine pœnæ.

C E L E U S M A
P A R A N E T I C O N

Prope NAVEM, typum Religiosæ
Familiaæ, festinatum.

In gratiam FRANCISCI.....
cūm in Societatis JESU cōtum
jamjam ascribendus esset.

O D E X V.

Olim visa tuis placuisse obtutibus Argœ
Si bene respicias,
Hanc sese dedit in parvam, FRANCISCE,
Tabellam;
Quod tibi culta foret.
Luminibus propior plures pellexit imago hæc,
Quam ratis illa viros:
Quamvis in liquidos mergat sua rostra pyro-
pos:

Sint sua lina faces.

Hanc Deus in terras, ne perscruteris Apellens,
Detulit effigiem.

Q 6

Cui

Cui struxit mentis demissio prona carinam;
 Et Metanæa latus.
 Magneti incubuit Pietas; Patientia transtris,
 Reinigioque sedet.
 Fert clavū inconcusſa Fides; puppique coruscā
 Lampada tollit Amor,
 Idem librato velis turgentibus afflat
 Mitia flabra Noto.
 Spes ad aplustrā volat, summique cacumine
 mali
 Signat ad astra viam.
 Virgineus Pudor est dubiæ cynosura liburnæ,
 Cum ferit æquor hyems.
 Non inter medias spumosa Tethyos iras
 Evacuanda suis
 Mercibus est abies. Nuda dominatur in alvo
 Hospita Pauperies.
 Excuso insultant auro phocæque fatigant
 Plumbea vota Midæ.
 Naucleri arbitrio mens concolor, imperat undis
 Otia tutæ suis.
 Huic fractæ cedunt Maleæ, Scyllæque latratam
 Comprimit ira gulam.
 Non ideo putres credas languescere nautas,
 Officit alta quies.
 Certus cuique suus labor est, aut claudere
 rimam
 Ne bibat alnus aquam:
 Aut bolide excussâ pelagi explorare profundū:
 Fraus latet imæ yadis.

Pars,

Pars , né quam exhalet tetram sentina me-
phitim ;

Dat pia thura fociſ. [rident.
Pars gemitu zephyros duplcat ; sed carbasa

Quò magis aura madet.

Pars ascensuræ protendit brachia turmæ.

Quam procul aſtra vocant.

Num lœva Cœlum intonuit? F R A N C I S C E ,
moraris

Inſiluſſe rati?

Eripe te ponto : raucis fremit usque periclis
Irrequieta Thetis.

Quodlibet, eſt Libitina , vadum ; scopulusque
feretrum;

Quælibet alga , rogus.

Increpat æquor aquam, cum demugire videtur,
Quò ſit hiulca magis.

Nec ſatis ingenii vitio : molitur ituros
Ad ſua lucra dolos.

Incautis ſternit crystalla liqueſtia votis ,

Aut prope littus opes.

Sic fulvis pictam radiis oſtentat arenam ,

Quam vehat amne Tagus.

Sæpe ciet patrii pluviam mœroris , & udâ
Lumina nube tegit.

Ut Cœlum videoas , blandam eluctare pro-
cellam ;

Nec maduſſe velis.

Occidit, inflexam qui vidit ad oſcula matrem ,
Sunt ſua vincla , preces ;

Et potis est adamanta suis simulare lacertis?
 Sic prohibere fugam.
 Surge age, scande ratē genitor vetat acclinatus,
 Aut resupina parens?
 Aude animis pius usque puer. calcare parentum
 Ilia, suadet Amor.
 Est pia durities, quō te vocat aura Tonantis.
 Sollicitare gradus.
 Mitescet patrij mox dissolvenda doloris.
 Quæ modo fervet, hyems.
 Ipsa tuis etiam curis fraudata, querelas
 Mollet Aula suas.
 Non mendax te poscit honos; obscurat avitas
 Trita lacerna togas.
 Præferimus sceptro renum; radiisque tiaræ
 Textile vellus ovis.
 Aspice quot procerum turmis nudaverit ostro
 Pinus amica latus?
 Per summas fluitant Gradivi insignia spumas,
 Et sine scepta manu.
 Cluda pecus Caroli trabeam, Bambæque
 triumphos
 Excipit arcta domus.
 Cur aliena loquar? GONZAGA abjecit
 eburnas
 In freta vasta rotas?
 Seque tibi comitem, & fidum Lojolidè prorā
 Annuit esse ducem.
 Quid facies? fuge cunctari circumsona tutam
 Non habet unda fidem.

PANURGIA
PRÆSTIGIATRIX.

Sive.

Ludicra circulatoris AÆSOPI
Prodigia.

AD CÆSAREM SOLINUM.

O D E XVI.

PAULUM togatis Curiæ subselliis
Furare defessum latus,
SOLINÆ CÆSAR terrici semper fori
Clamosa rodes jurgia?
Autumnus uyas messuit; meis tamen
Siticulosis auribus
Nondum jocosam infudit innocentiam
Tui leporis amphora.
Objurgat ilex esculo silentium;
Ulmusque narrat sibilo
Affixa ramis somnia, & sylvæ jocos
Dispensat Echo vallibus.
Cur nuda nostris excidit garritibus
Septembris umbræ gratia?
Et plura sunt; quæ mutuis efflagitem
Inspergier facetiis.
Nostin periti Dalmatæ PRÆSTIGIAS
Vel alle venales foro?

Haud

Haud invenustâ compede hic sistit suo
 Plebeculam proscenio.
 Cur erubescam patrui , vel buxetum
 Censoris irati flagrum?
 Morbum fatebor ingenii . His captus semel
 Interfui spectaculis.
 Nec me laboris pœnitet. quamvis meos
 Vulgus lacertos fregerit :
 Sic dulcè lusit innocens veneficus
 Incauta cœtus lumina.
 Huic versipelli ludio ÆSOP I Phrygis
 Dotale nomen indidit
 Corvina pellis. auribus longis micat ;
 Simoque naso sternuit.
 Fungis galerum nexuit : pro baltheo
 Monile gestat anguum.
 Ut impetravit sibilo silentium ,
 Flexaque paulum dexterâ
 Fluentis undæ vorticem compescuit ;
 Nudavit hirsutum latus :
 Quod ense fixo ter quaterque polluit ,
 Prisci Catonis æmulus.
 Accessit audax , sanguinem hausturus scythes
 Sed Lesbii spumam bibit :
 Risitque potor barbarus carchesio
 Meliore depulsam sitim.
 Ferrum revellit interim præcordiis
 Panurgus , & mox devorat
 Ad usque summi acinacis manubrium ;
 Quod pinguis Hylæus gulæ

Hor-

Horreret, & Philoxenus ; collum licet
Protendat immensæ gruis.
Sed in molosso penilem caudam retro
Depastus ensis excidit.
Accisa nutat Myrtili fides , novum
Ni palpet hoc miraculum.
At allatante territus mimo , suam
Repente subtraxit manum.
Ridemus usque , & usque jucundissima
Ficti latratus fulmina.
Mox , ut liquenti proliuit plumbo pedes ,
Duxit choreæ vorticem.
Ter hac , & illae subsilit : ter Dædalo
Coronat auras turbine:
Cum forte lapsus frontis ob vertiginem
Turbam cachinnis obruit.
Pudore taetus illicet plecti jubet
Fatum caduci verticis.
Adstant onusti malleis , & ardua
Sublimè tollunt brachia
Hinc Bromphus , & torosus inde. sican*i*
Instar Cyclopis , Harpagus.
Non sic procella grandinum ferax ruit
Læsura Grynæum nemus ;
Ut incitata malleorum verbera
Uterque Brontes aggerat.
Vicus ad Vulcanios pulsus gemit.
Tonatque fractus Juppiter.
At inter ictus Histrio stetit velut
Intacta rupes fluctibus.

Nec

Nec vapulando fessus , irrisit sui
 Languere tortoris manum.
Tandem cerebri visus e rimâ macrum
 Fudisse murem Ludius.
Qualem Lyristes Romulus comantium
 Inclusit alvo montium.
Tum conspicillis usus ille vitreis ,
 Quâd carcere effracto feram
Tutò vagantem cerneret ; dum missilema
 Crystalla porant Delium ,
 Diu repexum , pendulumque gausape
 Satelliti cremat Lyco ;
Non absque risu navitæ Paphnutij
 Barbam tegentis linteo.
Post mille ludos clamitat , tricuspidem
 Se ferre Glauci fuscinam ;
Et quidquid æquor educat lacu , suis
 Parere jurat nuribus.
 Jam jamque emacem credulæ plebis fidem
 Novo lucraturus dolo ,
Vacuo bilibres sacculo mullos trahit ,
 Nassasque frangentem scarum.
Echinus inde educitur , & hami fugax
 Cultor lacunæ lucius.
Has ut quassillo propalam squamas dedit
 Vulgi vorandas palpebris :
Cœptam vocari faucibus dempsit famem
 Nigrante fretus sepiâ ,
Quâ fudit auras ; squameumque stridulas
 Convertit in ranas gregem.

Qua-

Quales Homerus veler esse ludicros
Martis paludosí Duceſ.
Ceu Stentor inde buccinare callidus,
Perſtrinxit aures civium.
Uſum ſonoro crederes CÆSAR, Jovena
Cornu tumentis Copiæ.
Nam fulſte jufſit fagino ſuſpendier.
Ad ruſticæ nutuſ tubæ,
Stellata mala ceream guttis cutem,
Et Maſſicæ vitis botros:
Qui penicilla Zeuxidis tantum fabrâ
Pingi tabellâ poſcerent;
Poſſetque flavis præfici hiſ pomis draco,
Domiturus Atalantæ gulam.
Ut innocentī ſtipites Iudibrio
Laſtavit ÆSOPUS diu;
Ter oſcitavit; ſeptiesque ſternuit.
Tum pulſa viſ fallaciæ
Oſlendit eſſe fumeum ſcrofæ caput.
Auremque rudentis feræ.
Clauiſt supremo fabulam mendacio.
Nudam tetendit dexteram
Ferro ſecādam: tetrico cohorruit
Affusa plebs ſpectaculo.
Jaſ destinarat vulneri minas chalybs.
Et penè truncarat manum;
Sed inter iectus hæc propinquo ſuſtulit
Pinguem crumenam villico.
Ne garrientem longius silentio.
SOLINE, Vatem corrigas

Tui

Tui vicissim flagito Cyllenios
Vocalis eloqui sales.
Ut irriger benignius, nec disfluam,
Auritus hic h̄am lapis.

NEMESIS LUDICRA IN PERSONATOS.

O D E XVII.

PUDoris expers seculum cavit suam
Nudare frontem Delio,
Epota postquam Liberi carchesio est
Amurca Bacchanalium.
Num monstra desunt urbibus, quod plurimam,
Se turba mentitur feram?
Ferocit ille Caspiam spirans tigrim:
Hic ludit ore simii.
Alter lupinâ contegit larvâ genas:
Ut Faunus alter ambulat.
Quin, ut togatos constet illætabilis
Fuisse cives Tænari,
Pars muquatur Æaci vultus truces:
Pars vallat hydris verticem.
Proh belluosæ divitæ,
Onusque telluris, gregem!
His non trisulco concitum nimbo Jovem
Rotarier Cœlo petain.

SIT

EPODON.

382

Sic ipsa vindex , feriata cladibus ,
Ruminisæ indulgentia .
Ergo frequenter , annuente Lesbio ,
Cireæ lambant ubera .
Dein fabellis asperent fetis caput ,
Canumque rictus horreant .
Jubam leœnæ nutriant , sed cominus
Cainente gallo palleant .
Rudente rudant belluâ ; donec flagrum
Herile fauces obstruat .
Quod si Megaea singitur ; sit concolor
Avita frons nepotibus .
Quéis sic soporem distrahant , ut sæpius
Nocturnus occurrant furor .
Vos , Vos (Libyßias oderint posthac feras)
Regum theatra flagitent .
Caveisque raptos destinet spectaculo
Facetus Aulæ sibilus .
Sic sic jocosa NEMESIS illudat , precor ;
Nec bile peccus imbuat .
Expertæ quondam plumbeâ ultricem manus
Larvata pubes Gallæ .
Nutabat Aula gaudiis , cùm nuptias
Pararet Hymen Carolo .
Rex ipse , quò decentior plausus forer ,
Coepitusque gestiret fragor ,
Furatur ore belluam , cui Punicum
Fucabat horrorem crocus .
At semicaprum poplite extremo refert ;
Ludente caudâ cruribus .

Jux-

Juxta biformis hinc , & hinc ibat globus ,
 Trabeatus in morem feræ.
 Et jam , ferente dexterâ tedam , simul
 Pedem choreis solverat.
Cum forte flexus inter , & creberrimum
 Sequacis occursum fugæ ;
In cauta stamen lineum fax attigit ,
 Fuditque flamma incendium ;
Cui non Garumna sisteret ferociam ,
 Altæque fons Druentiaæ .
 Se vidit Ætnam regia ; & larvis suum
 Solvère censem nuptiæ.
 Hoc jam tenetis : optimum , ut Plautus loquar .
 Cavete posthac , Comico
Cum fata ludos respuant Choragio ,
 Ne suscitent Tragœdiam.

IN TINEAM LIBRORUM.

ODE XVIII.

Cicuta laudum , Palladis contagio
 Doctis adulta capsulis ?
Cunitulosis quam rubigo flexibus
 Instar chelydri tortilis
 Per exaratas educat voluminum ,
 Et codicillorum nives ;
 Panætianæ seu labores exedræ
 Typis recusos diluis ,

Si.

Sive eruditos marcido claudis situ
Rivos stagiræ fontibus,
Sophisque rodis nomen . & Vatum choris
Appollinares laureas?
O parce nostris incubare paginis,
Quas Diva , Musarum lepos ,
Ab usque primis fovit incunabulis ,
Deditque saltu lividam
Tranare lethen. protegit Virgo cycnos ,
Castæque foetus Phocidos.
Elucubratus hinc clientium notas
Ultrò papillis irrigat ;
Et umbilicos destinat , & argenteas ,
Queis fibulentur , bracteas.
Plerumque cariem providâ fugat manu ,
Linitque membranas cedro ?
Et pumicatis frontibus adamantinum
Ævinitorem sufficit.
Non hos trisulcâ concitum phalaricâ
Fulmen libellos proruet.
Nec , si Vesevus irruat , vel fumeo
Aduret ore Mulciber.
Nec lœdet imber , atque erunt edentuli ,
Mordere si mures velint.
Ad ustulatum Cypria Pindum face ,
Hinc potius avertas gulam
Libilitina Vatum , lividi morbus comes ,
Hæres pusilla tigrium.
Illic profanis ebrias chartas jocis
Discerpe mutis dentibus

Harpyia vindex : ut ferunt stymphalides
 Læsile. Trojanas dapes.
 Sis parricida syllabarum , quas prius
 Fractis utrinque faucibus ,
 Cogas piaci pœnitere , nec suum
 Non execrari dedecus.
 His palpitantes vulturis rostro fibras ,
 Et Dædaleis artibus
 Revelle suras , creditumque luxui
 Sublime cristarum nemus.
 His aut lupine detrahas riectu cutem ,
 Aut crura membratim seces ,
 Instar Lycurgi in vitium propagines
 Toto ruentis impetu.
 Quin fortuitâ sic liturâ polluas
 Obscena Vatum soninia ;
 Ut semirasis undequaque literis
 Haud expiimant Cupidinem ,
 Novoque partus Delphici miraculo
 Sacriss reflorescant notis.
 At , si papyri cladibus negat Venus
 Cultu pudico conspici ,
 Eviscerabis ; usque dum legentium
 Sit palpebris ludibrium.
 Sic virus atrox diffluet terris procul ;
 Venale Plutonis foro.

* - * - *

POSTREMA
JAM PENE PEREUNTIS
ORBIS TERRARUM
LIPOTYMPIA.

ODE XIX.

NI me Cyrrhei tripodis cortina fefellit,
Jam jam vacillat omnibus membris
Atlas,
Volvitque ex humeris sese curvantibus ingens
Inauspicata pondus incussum manu.
Ipsa etiam visa effœtis languescere seclis:
Laxisque moles emori compagibus.
Vix exploranti vitam patet halitus auræ:
Vix fibra tactis palpitat præcordiis.
Letheo mersit Titan sub gurgite currum;
Solesque visis palluere Manibus.
Palluit & Phœbe vacuam execrata pharetram;
Torpente lucis vel malignæ spiculo.
Janique orbem vallant neglectis astra choreis,
Tanquam feretro solverent funebria.
Quin versis lugubrè suis concentibus, æther
Extemporalis præficiæ præstat vices.
Interea penè exanimum sine luce cadaver
Jacet, supina marcido tellus gelu.
Vidimus æstivas agris sterilescere messes.
Frustrata cupidam deserit falcem Ceres.

R

Clau-

Claudicat Autumnus contuso crute. medelam

Ne quæte morbo : Bacchus, & olivum deest.

Nulla pigrū ver post hyemes festinat hirundo,

Nec vocat aëdon exules Favonios.

E piceā tantum latrat cornicula taxo,

Diesque raucis polluit conviciis.

Calvum Flora caput , mutilam sine fronde

Priapus

Inominatis obruit sulcis comam.

Nunquam alias ævi putris dilapsa vetustas

Tam delibutas nutriit venas malis.

Emersit Phinea fames , emersit egestas ;

Potaque vecors luctus ægrimoniam.

Adjice quot vix enumerat contagia Pœoni.

Ipsique prorsus nesciam Æsculapio.

Morborum alluviem; quos, restagnante Lyæo;

Induxit amens , Liberi comes , Venus.

His etiam nos addidimus bella horrida fatis.

De limusque stricto laureum ferro decus.

Threjcio nuper venata est Cynthia cornu,

Jactatque Creten , ut ferox taurus pilam.

Et jam Bosphoreis metuit servire lupatis

Tyrrenha Doris , Adriæque regia.

In Rhenum Balthis torvum fremit , inque

Polonam

Euxinus undis intonatus Vistulam.

Queis tranquilla tulit dirus Mars otia lustris.

Ubique Graius Annibal , ubique est Paris.

Gallia jam Rhodanum, jam cogit Iberia Boëtim

Defere palmas sanguine insignes suo.

Per

EPODON.

387

Per galeas repunt pueri : quæque oscula libam.

Aut arma tangunt , aut cicatrices patrum.

Deterior tamen est ipso pax parta Gradivo.

Fuscante noxâ civicæ nives togæ.

Occuluit Latias malè tuta Astræa secures,

Profugamque secum duxit innocentiam.

Captivo passim delentur jura matallo.

Fulvâ litoram spongiâ incussum Midas.

Quin auro venale nefas ; perjuria fraudes,

Calumniæque Lydio cubant toro.

Atque adeo vendi facilis Rhamnusia flagrum.

Sævasque quassat impiâ faces manu.

Nunc tandem Euryalum Nisus ferroque ges-
mellum

Pusillus etiam Castorem Pollux petit,

Num matris jugulo , vel nati parcitur ? eheu.

Vesci superbit dape Thyesteâ parens.

In superos quoque sævitum. corraditur aurum.

Simulque divûm pensiles gemmæ tholo ,

Ut pingant Helenis baccata emblemata soccos:

Præfertur æris Cyprii luxus pedis.

Impluit in pingues nubes Panchæa culinas.

Vix fumat altis Cælitum tectis Arabs.

Tænariis ultro nebulis involvitur Arctos ,

Novisque terras inquinat contagiis.

Fallimus ? an tellus imis succussa cavernis

Alvoque fractâ , me canente , mugit ?

Jam juga dissiliunt. Pholoë discessit ad Afros;

Carmelus Alpes sustinet , Calpen Athos.

Obruit Ætna scythes, Ganges cōfunditur Istro,

Præceps Lemano mergitur Nilus lacu.
Icaron Euxinus, sicanam fert Adria Scyllam,
Tritonis audit Cretici Balthis tubam.
Sunt certe hæc decumbentis luctamina mundi,
Vel execrantis ferream morum luem.
O quis stelligero dilapsus ab axe Machaon
Orbi medelam languido secum ferat!
Nam, seu Nazareo medicos e vulnera succos,
Seu lac puellæ Virginis tellus bibat;
Sese componet primum, divulsaque moles
Coibit; ut vix ulcerum sciat notas.
Diffluet inde genis pallor, redivivaque mæbris
Efflagitatas fulciet vires salus.
Tum reduces sine labore dies potiore metallo
Fulvas recudent mitibus seclis rotas.
Evius innocuo discet baccharier ostro,
Canâ Pelasgis imperabit insulâ.
Omne erit ut Corcyra solum, & Poneia Temp.
Vix invidebunt Ismari rupes Hyblæ.
Quælibet Autumnus suspendet in arbore gazâ
Sertum Napæis, & monile Gratiis,
Nulla perhorrescit pinus Pangæa Charybdim;
Erit huic celestima musicis militum tubis.
Namque exarmabit pax inconcussa Gradivum,
Versura galeas in lyræ testudinem.
Nulla Palatinos uret discordia postes.
Nec scindet ultior Aulicam livor togam.
Æquum jura seret fallique ignara bipennes,
Libramque Recti consciaciam attollet Themis.
Tum niveam curis metam defiget Honestum:
Quam

B E R

E P O D O N . 389

Quam quisque palmarum flagit et dabit pudor.
 Ultio siqua fremat, pulchros allurget in ignes,
 Spirante quavis missiles irâ rocas.
 Jurgia tū gliscunt, socium cùm trudet in hōstē
 Pacatus hostis melleum Diris melos.
 Cuncta fôro solvet prudens vadimonia prætor;
 Frustra severum buccinante Marfiâ.
 Jam nemo rutilam Crœsi mirabitur arcam.
 Hanc, ne flagellet Platus, abscondet Thetis.
 Ipse suis consul votis imponet habenas,
 Spernetque lucrum fœnector Alphius.
 Quidquid agris metitur rorataq; fraga pruinis
 Mœrentis alvi consulent solatio.
 Potus erit parecum libato e flumine nectar,
 Quod innocentî tingat auro Lesbîus.
 Mox hilares per rura joci perque oppida lusus
 Quos non profanent inverecundi sales.
 Interea, nulli cùm sint obnoxia nævo,
 Ne fuscat ullus hæc veterus otia;
 Sponte suâ guttata Paros, crispata Carystos
 Laconicique marmoris pictum gelu
 Accedunt structura sacrâ fastigia templis.
 Vix hæc Olympus culmine æquabit suo.
 Sponte sua urendus fanis descendet Orontes,
 Cilicesque nimbi fumeam voment precem.
 Tum Pieras Helicen Latias submittet ad aras,
 Tiberique fuscam proluet Hydaspes mitram:
 Mox, Pelusiacus vortex cùm latret Osirin,
 Brachmanas Indus. Thracium Strimō Joyc.
 Ignatas angusta Fides vexilla per urbes
 Affliget, Orci mugiente regia.

R. 3

LIBER

Tum litui buxique canent, & cymbala Numerā.
 Ut versa credas in triumphum nubila.
Depluet his liquido festivus Aquarius auro:
 Flavam pyropis grandinem trudet Phlegon
At si, quōd metuo non exorabilis æther
 Aures anhelis obstruet suspiriis;
Cur terris hæremus adhuc immobile pondus?
 Num pluma, quæ nos erigat, forsan deest?
Me duce, já niveæ properant ad fræna volucres,
 Irisque pictâ stravit orbita viam.
Surgamus, datur esse levē, cui candida mens est
 Positisque tellus execrata calceis.
Ut nos altra trahunt rutilis ut cingimuralis!
 Ut fluctamus lactei risus lacu!
Olim credideram plaustris gaudere Booten;
 At his voluptas igneis fertur rotis.
Venanti similem stultus Chirona putaram,
 Qui fulgurantes excutit nervo rosas.
Non hīc flēt Hyades torquēt pro stetibus ignes.
 Sic forte vellent lacrymare gaudia.
Cernitis ut fulvo det stellis oscula rictū,
 Pexāque lambat Cynthium Leo jubā?
Ut saliens vitrea Delphin scintillet in undā?
 Ut ense figat lucido Orion feras?
O hilares ludi, nitidæque superbia scenæ
 Cessura nullis mensium bipennibus!
O Divūm excubiæ vigiles! o pensile limen,
 Stratum coruscis siderum tapetibus!
Quōd ferimus, socii, insuetum luctante Camæna
 Ad altiores intimæ lucis lares;

Out pupillis tellus evanuit ! illam
 Exile punctum diceret Democritus
 Sed vidisse semel satis est. bis visa retardat
 Propinqua cælo lumen commercia.

ANCILE SICULUM.

Sive,

DIVINA VIRGO SICILIÆ
TUTELA.

CARMEN SECULARE.

Ad aram DREPANITANÆ DIVUM
REGINÆ Anno 1671.
emodulatum :

Cùm Siculis Othomanicum
immineret bellum.

ODE XX.

Diva turritis adamante fulvo
Mœnibus pugnax , quibus hinc , & inde
Pensiles plaudunt clypei , Sicanas
Vise querelas.

Penè centenis senuere lustris
Ilices , ex quo siculam momordit
Mucro vaginam , siluitque clauso
Cardine Janus.

R 4

Nunc

Nunc SYMETHEIS OTHOMANA cuspis
 Imminet campis ; ruit in CHARYBDIM.
 Nilus , & torvum fremit in tonantem
 Ismarus Aetnam.

Cingimur bello ; lituisque pulsæ
 Vapulant aures. Malè feriatam
 Cur amat , VIRGO , tua militaris
 Zona pharetram ?

Te decet fractos cohibere Thracas ,
 Ut minax olim procul hinc ad Afros
 Visa secessus pepulisse nostro è
 Limine Mauros.

Sive NORTMANNI DUCIS anteires
 Primipilares generosa turmas ,
 Cum PANORMÆAS sibi vindicabat
 Ille secures

Sive SICLENSES per agros , nivalis
 Cyllari dorso , cataphracta fulvo
 Sole bellatrix equitaris inter
 Tela Gradivi.

Te RAVENOS Æ coluere rupes
 Punicas passim galeas fugantem .
 Ut sitibundis dederas ROGERI
 Flumina castris.

Prome nunc priscum , totiesque notum
 Diva tutamen. Duce te , Sicanus
 Ales Edonam feriat trisulco

Fulmine classem.

Ni piâ flecti docilem querelâ
 Præbeas aurem , LILYBÆA gignent

Saxa

EPODON.

393

Saxa cupressus , renuetque palmas
Victrix SELINUS.

Pulsa Tyrrhenis ARETHUSA spumis
Condet Aegaeo caput : abdicabit
Cereos fastus HYBLA , ne profanas
Urat ad aras.

Ipse , ne Thracum famuletur igni ,
Disfluet CYCLOPS & HELORUS Hebro
Saucius , nullis sinet esse TEMPE HE-
LORIA pratis.

Ergo te mitem facilisque venæ
Poscimus Divam. Quis ahena civis
Sub tuis unquam remeare vidit
Lustra lupatis?

Ipsa bacchantes cohibere Parcas
Visa , Lethæos ubi per sicanas
Fuderat glebas Libitina tetro af-
lamine succos.

Visa jejunis abolere mensis
Probra campestres hilarare fœtus?
Neve languerent fata , compeditos
Solvere nimbos.

Evio grandes dare visa botros ,
Tila bombici pretiosa , largas
Fluctibus squamas patriisque fidias
Mercibus undas.

Diva , si quondam tua fana vidiit
ZANCLA plumosis redimi columbis:
Teque delphinum per laquosa vectam
Cærula dorso;

R 5

Sen-

Sentiant tutum SICULI , precamur,
Nobilis dextræ CLYPEUM , priusquam
Spumeas fese jaculetur Helles-

pontus in iras

Pacis optamus bona : neu venusti
Palleant , Lunâ variante , soles ;
Et bibat fæcem sub inauspicatis
Moribus ætas.

Sit suum castis decus omne templis ;
Æquitas fasces regat , & decora
Gaudeant figi sine fraude prisco
Jura metallo.

Sit verecundis Hymenœus insons
Arbiter tedis : soboles facellis
Repat , & balbâ simulacula Divûm
Voce salutet.

Certet annosum superare vellus
Prima lanugo ? meliorque quovis
Advenâ civis senium propinquis

Inserat astris.

Uberes frugum speculata sulcos ,
Faustitas flavam simulet procellam ,
Et suam baccis tegat , & Lyæo
Palmite cymbam.

Interim centum tibi sacrat aris
Auream , VIRGO , trabeam PANORMUS
Et coruscantem faculis PELORI

Regia FALCEM.

Sternit acclines POLYPHEMUS ignes ,
Collis HERÆ I latus omne quernum

Po-

BER

ULI, precum,
YPEUM, pīqūm
Helks.
us in his
: seu venu
tate, soles;
auaspicatis
bus axis.

omne templis;

& decora

de pilo

et alio.

us inflos

cellis

a Divūm

ter.

bellus

quovis

spinquis

altris.

a filios,

procellam,

& Lyro

cymbam.

tar aris

eam PANORMUS

PELORI.

FALCEM.

YPHEMUS igne

us omnes queruntur

EPODON.

395

Poplitem curvat, famulasque præbet
HIMERA Thermas.

Ostreis dives tibi se PACHYNUS,

Seque sapphiris CYANE coronat:

Er LEONTINÆ Cereris fatigat

Horrea campus.

Te cavæ valles, & amica curvis

Fluminum ripis modulatur echo,

Cum puellarum chorus, & juventæ im-
mixta senectus

Te vocant Matrem. Dominamque nostris

Præsidem tectis, simul & Sicanum

Robur, hostiles quatiente pulchro

Marte phalanges.

Sed tamen quosvis locupletiores,

Viceris posthac, bona Diva, plausus;

Si cruentaris Geticam vibratâ

Cupide Phœben.



R 6

NO-